



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

37 De pascuis & iure Pascendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Quod notat Hieronym. Gig. in d. q. 23 ad finem. text. opt. in d. e. pen. de iure par. Nā licet pensio, vt frequentissime cōstitutur loco beneficij in stipendium pauperum clericorū, secundum Gomez. in regul. de annali possessore. qu. 21. non sit proprie beneficiū, tamen vbi constituitur in titulum beneficij, cum onere alicuius ministerij ecclesiasticū, tunc beneficiū proprie dicitur, & leges consequitur beneficij ecclesiast. vt not. Card. in Clem. 1. §. eadem de supplen. negligem. p. alato. tradit Hieronym. Gigas de pensio q. 1. quibus accedit optima gloss. in Clem. vlt. in verb. quodcumque. de vita & honoff. clerico. cuius meminit Ioan. Staphileus de literis gratia. & iustit. fol. 107. col. 2. & sensu idem fol. 22. text. opt. vbi Panor. in c. conuenerunt. de cleric. non residentib. Igitur in constitutione huius pensionis, quæ in titulum beneficij datur, absque patroni laici consensu, palam derogatur iuri præsentandi, & ideo quæ vel iure communi, vel cōsuetudine, aut Regijs edictis sunt inducta, circa derogationem iuris patronatus laicorum, itidem erunt obseruanda, & in hac pensionis constitutione.

Quinto illud est satis expeditum, quod in beneficiis patrimonialibus nulla pensionis constitutio apud Hispanos admittitur, cum ea tendat in maximum grauamen clericorum patrimonialium, quibus beneficia illa sunt secundum dignitatem doctrinæ, & morū libere, & absque vilo onere conferenda. Idem erit in canonicatibus, qui conferri debent ex vereri instituto Magistris, & Doctoribus. Atque ita passim receptum est, idque deducitur ex Regio edicto, quod de patrimonialibus beneficiis decretum fuit anno Domini M. D. XLIII. [hodie l. 24. tit. 3. lib. 1. Recopil.] Nec vidi vnquam a summo Pontifice pensionem ex his beneficiis constitui, nisi causa litis dirimēda, quæ absque vlla fraude inter electos, aut institutos tractabatur. Quæ in re oportet diligenter inquirere, & examinare, ne fraus vlla fiat veteribus huius regni priuilegijs, antiquis institutis, & iure legitimo inductis consuetudinibus.

<sup>11</sup> Vndecima quæstio ad vniones pertinet, quæ quandoque fieri solent autoritate Apostolica, vel ordinaria. Nam per Episcopum vni non potest beneficiū aliquod alteri absque consensu illius, qui habet ius conferendi, eligendi, vel præsentandi, siue sit patronus ecclesiasticus, siue laicus, quemadmodum probatur ex glossa in verb. rator. & illic Abbas, Card. opposicione 3. & qu. 14. in Clem. vlt. de reb. ecclesiast. Abbas col. 2. & alij in cap. cum accessissent. de constitutionib. Soci. cons. 1. col. 2. lib. 3. Roch. de iure patron. in verb. honorificum. q. 3. Decius in cons. 174. col. vlt. Lambert. de iure patron. lib. 3. q. 6. art. 2. qui tamen fatetur post alios, posse hanc vnionem fieri autoritate summi Pontificis, modo fiat expressa mentio iuris patronatus laicorū, quoties per vnionem tollitur ius præsentandi, aut eidem derogatur. Et hæc est cōmunis opinio. Quo fit, vt in literis Apostolicis, quibus ecclesia iuris patronatus laicorum ita vnitur alteri, quod iuri præsentandi derogatio fiat, eadē sint omnino obseruanda, quæ iure Pontificio, praxi, & cōsuetudine, atque Regijs edictis obseruanda sunt, & obseruari solent in derogationibus, quæ sunt iure patronatus laicorū, sic etenim vel ratione surreptionis, aut supplicationis ad summum Pontificem proponendæ obuiam iri poterit damno, & læsioni, quæ patronis laicis ex vnione ecclesiasticorum, quo ad ius præsentandi, contingere possunt.

Duodecimo adnotandū est diligenter, nullum fieri patronis laicis grauamen, nec vllum damnū dari, etiā quo ad præsentationē, † vbi summus ecclesiæ Pontifex electum Episcopum instituerit, aut confirmauerit, cum retentione beneficij alicuius, quod is obtinet, & alioqui proxime vacaturum erat per cōsecrationem, iuxta c. cum in cunctis. de electis. Nam, etiā si hoc beneficiū pertineat ad ius patronatus laicorum, cum nondum vacauerit, poterit Papa etiā absque speciali derogatione, & expressa mentione dispensare, vel electus illud obtineat simul cum episcopatu, nec per hoc derogatur iuri patronatus laicorū, quia patronus non habet præsentandi ius quo ad effectum, donec beneficiū vacauerit: Papa vero impedit, per dispensationem vacationem illam, & ideo nullā læsionem patronis infert, nec iuri præsentandi derogatur, quemadmodum probant Rota 331. in nouis. Feli. in tract. quando litera. Apostol. vocant patron. l. i. §. Ioan. Staphil. de literis gratia. & iustit. fol. 56. vers. quartus & vltimus. Roch. Curt. in verb. honorificum. 4. q. principali. Cesar Lambert. de iure patro. 2. li. 3. part. 9. art. 19. & licet Arret. & quidam alij ab eis citati contrariū scripserint, afferentes hanc dispensationem non esse validā, nisi expressa fiat mētio iuris

patronatus laicorum: prædicta opinio verior est, & magis cōmunis, ex qua constat, hanc dispensationem validā esse, etiā si generaliter fiat nulla adhibita, nec adscripta mentione iuris patronatus laicorum. Quibus quidē laicis nulla natus derogatur, atque ideo multa cessant, quæ sunt de derogatione iuris patronatus laicorum alio qui statuta.

Hæc vero scripsimus, vt facilius & cōmodius percipere quis valeat, quæ in hisce cōtrouersijs Regij consiliarij passim in praxi hæctenus obseruauerint, & obseruent, non quod arbitremur, vel in minimis executionē literarum Apostolicarum impediendā fore. Hoc etenim & Catholica Regia maiestas animo Christianissimo exhorret, multisque legibus & edictis præcauendū esse frequentissime cōstituens mandatorū Apostolicorum transgressores: idemque sollicite ac diligenter apud Regia Hispaniarum præcipuum Regis zelum exequentes quotidie conamur efficere: in aliquot tamen casibus, quibus hæc Respub. exillimat, & experimento cognouit, maxime ladi, & multorum hominū suggestionibus, falsisque precibus granari, per supplicationem multis nominibus obsequentissimam ab ipso sanctissimo Pontifice remedium sperantes.

C A P V T XXXVII.

De pascuis, & de iure pascendi, tam lege iuris cōmunis, quam ratione seruitutis cōstitutæ.

S V M M A R I A.

- 1 Habens in aliquot oppidū iurisdictionem, an habeat aliquod ius in pascuis publicis ratione ipsius iurisdictionis?
- 2 Agri privati dominus, an possit eundem agrum pratum efficere, & capere?
- 3 Quicquid nascitur in agro privato, etiam absq. labore & industria domini, ad ipsum omnino pertinet.
- 4 An liceat pratus in agro proprio nonellare.
- 5 Dominus agri privati libere potest mutare vsusdem agriculturæ.
- 6 Agri communes duobus ciuitatibus, an pascuis ab altera earum tali sit hanc culturam impediatur communis pascuis, altera minime conueniet?
- 7 Vicus exemptus à ciuitate an retineat ius pascendi, quod ante exemptionem habuit in territorio?
- 8 Quia in agris cōmunitibus, cultus tamē prescriptio temporis efficere valet.

**M**emoria teneo, in his, quæ hæctenus scripserim, aliqua de iure pascendi, de pascuis publicis, ac priuatis adnotasse, obiter quidem, & præsertim lib. 1. variis. Reg. l. 17. n. 11. & in regul. possessor. de reg. iur. in 6. 2. relect. parte. §. 3. n. 1. quibus etiā si multa addi possent, quædam hoc in capite adicere constituit, vt facilius tractatus iste De iure pascendi examinari valeat: non ignarus quam late pateat hæc de re disputatio. Illud sane præ cæteris est obseruandū, quod i dominus alicuius ciuitatis, villæ, vel castri habens in his locis iurisdictionem ciuilem, etiam & criminalem, nullum habet ex hoc iure dominium in pascuis publicis illius territorij, intra quod iurisdictione vitur, & vti potest. Hæc enim pascua ad vniuersitatē pertinet, & sub eiusdem vniuersitatis dominio censentur l. in tantū. §. vniuersitatis. de rerum diuis. l. omnes. in 2. C. de operib. publ. l. d. summi. C. de deuotion. l. omne territorium. C. de censib. Reg. l. 4. tit. 28. part. 52. & in hac specie tradidit optime Stephanus Bertrandus cons. 1. lib. 3. col. 2. & 3. & idem cons. 37. lib. 1. & varius cons. 75. lib. 2. nu. 15. ex Hostiens. & Ioan. Andr. in cap. nimis. de iure iur. Matrhæ. de Afflic. in cons. Neapol. Rubr. 85. nu. 8. Petrus Auendantius in tract. de exequat. mandat. cap. 4. nu. 20. tamen si dominus habens iurisdictionem possit vt i pascuis publicis, vt habitator, & incola illius loci, si illic habitet, secundum Bertrandum, eo tamen numero pecudum, qui sit arbitrio boni viri moderatus iuxta territorij & pascuorum qualitatem: ita quidem, quod maxime sit attendenda vicinorum aliorum, & ciuium hac in re læsio: sicuti præcitati auctores latius explicant, post Alberic. in l. Imperatores. ff. de seruit. rustico. p. dior. & in l. h. h. h. h. §. 1. ff. ff. seruit. vendicet. Quis vero dicatur proprie incola, idem Bertrandus docet cons. 57. lib. 2. alios ad hoc adducens, & Auendantius in d. c. 4. num. 20. textus optimus in d. l. 4. & in l. ciues. C. de incolis lib. 11. l. Labeo. ff. ad municip. lib. 2. C. vbi seruetur vel claris. l. cum Cimius. C. de agris & censib. lib. 11. l. mullerij. ff. quibus modis vsus uel. amitt. notat Bald. in l. 1. col. 1. ff. de statu homin. l. 1.

*In. in c. quoniam de officio ordinis. n. 3. Capoll. in l. 2. ff. de verb. sign. n. 21. vbi Bar. & alii, est tamen omnino cauendum, ne incolarum nomine late in hac specie assumatur propter preiudicium, & damnum, quod alioqui veris immineret habitatoribus. Sed & Iurisconsultus incole definitionem tradit in l. pupillus. §. mola. ff. de verb. signis. vbi Alciat. Dec. conf. 283. Abb. in c. vltim. de parochia. & Socinus late in conf. 129. lib. 1. col. 4.*

Est denique apud Hispaniarum auditoria ex forensi vsu receptum, posse Dominum alicuius oppidi ratione iurisdictionis, quam illic habet tot propria animalia in pascua publica mittere, quot possunt duae incolae & habitatores, quibus lege, vel moribus plura immittere licebit. ad hoc vero adducunt practici auctoritatem Collectarii in c. ad questiones, de rerum permut. n. 5. qui scribit. Militem habitatem in aliquo loco debere consequi ex communi vsu civium duplam vtilitatem. Imperatores. ff. de seruit. rustico. praedior. & vt videas, lektor candidae, quae portenta praxis ex prauo, ac difficili quorundam iudicio induxerit, expende obsecro Iuriconsulti locum in d. Imperatores. nihil omnino ad hanc rem pertinere: vt tandem Collectarius absque vlla auctoritate propria sententiam scripserit. Nam & textus in l. 2. C. de pascuis publicis. lib. 1. id tantum probat, quod militibus, qui actui militiae opera dat, permittatur, pascuis publicis vt ad afcedos proprios equos militares, & quod ad hoc deputetur locus ex pascuis publicis congruus & sufficiens. Qua ratione palam fit, militibus etiam actu militantis non licuisse prater equos militares propria pecora in pascua publica mittere, nisi & in eo loco sint veri habitatores, & tunc ea lege, quae ceteri habitatores vtuntur. Vnde omnino falsa est opinio Collectarii. Sed & si ea vera foret, plane obtineret in Militibus, qui acta Reipublicae seruiunt, cuius ministerii causa plura consequuntur milites privilegia: quae non sunt extendenda ad alios, qui etsi nobiles sint, non tamen militare ministerium Reipublicae praestant: praefertim, quod & possunt multi dominum, & iurisdictionem alicuius oppidi habere, qui tamen nobiles non sint. Et ideo euidenter constat, perperam ad practicos Collectarii opinionem probatam, receptam, & in vsu forensi deductam fuisse. Nam quod Baldus scribit in l. praedibus. C. de impub. n. 30. Alex. in l. centurio. 5. col. & illic Soc. & alij ff. de vulgari. tenentes privilegium datum iure militibus quo ad testamenta, & substitutiones, etiam competere dominis oppidorum, & vrbium habentibus iurisdictionem: vel est fallum prorsus, vel intelligendum in principe, aut in eo, qui iurisdictionem habet, ac simul potestate derogandi legibus, & iuri communi: quemadmodum apparet ex ratione per Bald. tradita: & ex l. pen. C. de don. inter vir. & vxor. quam ipse Bald. adducit, atque ita explicat Lancelo. Galtaula in d. l. centurio. col. 9.

Sed & in hoc tractatu de pascuis publicis, oportune illud erit inquirendum: quid iure respondendum sit de his, qui proprios habent agros, & in eis dominium speciale distinctum a dominio publico, & vniuersaliter collectis frugibus & fructibus possunt prohibere conuicis, & alios habitatores, & incolas, ne propria animalia in eos agros mittant ad pascendum herbam illic sua sponte nascentem. Et sane herbam istam communem esse, nec posse hac pascua prohiberi a priuato domino fundi post collectos fructus, interim dum agri vacant a semine, ac frugibus, asserunt Chassanz. in consuetud. Burgund. Rubr. 13. §. 2. vers. quarto quid operentur. n. 2. & §. seq. n. 5. & Auendanius in tract. de manda. exeq. c. 4. nu. 24. ex decisione, & auctoritate Ioannis Fabri in princ. Insti. de lege Fufia Caninia. Quorum ea est potissima ratio, quod possit quis facere in alieno fundo quod ei prodest, & domino fundi non nocet. l. 2. §. 1. de aqu. pluuiarum arcenda. Sedit idem Roderic. Zuarez in allegat. 15. vers. item quia. Imo ipse doctissimus Auendanius scribit ex eadem ratione non posse quem in proprijs, ac priuatis agris, & fundis prata constituit: quae Hispani debeas dicimus. Citat huius opinionis auctorem etiam Matt. de Afflict. in constitutionibus. Neap. Rubr. 85. nu. 8. qui tamen non tractat questionem istam sed aliam longe ab ea differentem: nempe an dominus habens in aliquot oppidis iurisdictionem, possit saltus, & prata ad sui commodum efficere, non equidem in agris proprijs, & in quibus dominium priuatum habet, sed in agris totius territorij ciuibus, & incolis quo ad vsu publicum communibus, quos baldos dicimus. Alioqui non magis hoc tractaret Matt. de Afflict. de domino volente hoc facere iure iurisdictionis, quam de quolibet priuato. Maxime quia domini habentes iurisdictionem, & vasallos, solent constanter sibi hoc ius, & hac potestate Terere, incolis subdi-

tis contrarij vendicantibus & asserentibus. ipsius territorij vsu quo ad pascua, nemora, arboreasq; caedendas communem esse ipsis: non proprii domini, nisi quo ad iurisdictionem: quod tradit Bern. in d. conf. 1. & conf. 37. & legib. Partitarum probatur.

Iure deniq; communi multis rationibus probari poterit quod in proprijs ac priuatis agris dominus possit constituitere prata & debeas, eosdemq; agros reducere ad pascua, ommissis fructibus quos ex ipsis agris eorundemque cultura solebat percipere.

Primo, quia hoc nullibi fuerit iure prohibuitum. Nec enim locus aliquis adducitur a praecitatis auctoribus ad contrariae conclusionis probationem. Na quod Faber scribit, & refertur a Chassanço, profecto nihil ad rem istam pertinet. Atque ideo lectori admonco, vt pensitet mature quae ab alijs traduntur, priuquam ex his obscura, & dubia quaeq; deducat. Sit etenim verum quod Faber adnotauit (nec enim modo refellam eius opinionem) non inde sequitur quicquam contra eam sententiam, quam hac in disputatione constitutum examinare. Quia dominus priuati agri vult eius culturam praemittere, & illum reducere ad pascua, & fructu ex herbis percipiendum, tradito iure pascendi annuatim in conductionem. Quo quidem casu si vicinus eo inuito, & gratis nullo dato pretio herbae, quae pecunia aestimari solet, vel sit animalia propria immittere in eum agrum ad pascendum: dubio procul damnum infert domino ipsius fundi. Quod auctore ipso Fabro, non licet, & ideo is pro nobis erit: cum ex eius ratione constet, non posse vicinum mittere propria animalia in agrum alienum ad pascu, quoties sit haec melleo cuius iactura, & damno domini, qui agrum possidet: posse vero hoc fieri, cum nullum praedictum ex hoc fit agri domino. Vnde si quis proprium agrum colit ad fruges, & melleos percipiendas: tunc collectis frugibus, nullum ei damnum fit, si mittantur in fundum animalia ad pascendum herbam natura illic nascentem, quam nec ipsi agri dominus venditurus est, nec vendere consuevit. Atq; haec est Fabri mens in hoc tantum referenda, quia nullum domino agri sit praedictum: & ideo vbi aliquod praedictum agri domino fuerit, non possent animalia mitti ad pascendum, ex sententia Fabri.

Secundo, quia iure communi absque vilo privilegio potest quis habere dominium prati, in quod nemini licet domino inuito animalia mittere ad pascu. l. pratum. & ibi glo. ff. de verb. sign. Qua ratione dominus huius agri potest herbam falce secare, cum & in hoc consistit illius agri fructus ad eius dominum pertinens, textus optimus ad hanc rationem in l. 1. 2. 3. C. de pascuis publicis & priuatis. vbi probatur, posse priuatos iure communi habere prata, quorum herbam conductoibus vendere liceat. Idem deducitur ex glo. in d. l. 1. in verbo, priuata. Igitur herba priuati agri ad eum pertinet, qui dominium eiusdem habet. Ea siquidem est in fructu: atque ideo legari, vendi, & donari poterit. text. & ibi omnes, in d. l. pratum.

Tertio, constat ratio ex eo, quod ius pascendi in alieno agro & priuato adquiri potest iure Seruitutis per vicinos. l. 1. & l. 3. l. 4. & 5. ff. de seruit. rustico. praedior. l. 6. in 21. par. 3. facietur omnes, qui de seruitutibus. scripsere. Ergo nemini licet propria pecora in alieno agro pascere, alioqui frustra de ea re imponeretur seruitus. Qua quidem argumentatione vtitur Ioannes Corasius in l. 1. ff. de seruit. n. 137. facit ad hoc ratio Iuriscōsulti in l. 5. ad leg. Aquil. vbi permittitur domino agri expellere ab agro animalia, quae ibi pascuntur eo inuito.

Quarto constat, quia herba naturaliter producta & sponte nata in agro meo, mea est, ex ratione text. in liqua ratione. & in l. adeo. 5. vlt. ff. de acq. rer. dominio. l. solum. §. 1. ff. de rei vendicat. ergo nullus poterit eam depascere me inuito. Quam rationem expressim tradit Stephanus Bertrandus in cons. l. nu. 6. lib. 3.

Quinto, si iure Seruitutis potest competere alicuius pascendi in agro alieno: ergo & precio, ac pecunia constitui poterit illa seruitus. Quod nemo negabit qui seruitutu materia tractauerit. cum & conuentione constitui possit Seruitus data pecunia. l. quoties. in 2. de seruit. vnde non debetur gratis pascuis iste: & ideo herba vendi potest, atque item prohiberi a domino fundi pascuis animalium, etiam si fructus pendent non sint.

Sexto, ad rem istam amplius aperiendam expendere conabor rationes, quibus auctores contrariae opinionis vtuntur, vel vt possunt. Na illa opinio probatur vel ex eo quod pascuis domino agri non nocet, vt illis vero sit pasceri priuati

pria animalia. Et profecto hæc ratio cessat: quia Domino agri volenti herbam illic nascentem vendere, locare, falce secare, aut propriis animalibus pascendis illam servare, dampnū, & præiudicium fit, si eo invito herbam illam alter de pacecere tentaverit. Vel eadem sententia stabilitur ea ratione, qua *Herba*, vt fructus naturalis nulla industria, nec labore proveniens fit omnibus vicinis communis, vt quidam opinantur: & hæc ratio deficit auctoritate Iuriscō-  
sulti in d. l. *pratum*. est etenim pratum ager ad pascendum natura ipsa paratus, vel ad herbam falce secandam opportunus, qui iure absque vllō privilegio potest esse priuatus.

Ergo herba est illius domini, cuius est ille ager. Condu-  
sunt & ad hoc omnes leges probantes omnes Fructus nō tantū industriales & ciuiles, sed & naturales ad dominum agri pertinere, de quibus alias tractauimus, nempe lib. 1. *Variar. Resolus. cap. 3. n. 6.* & præterea sequeretur ex ratione contraria, quod Glandes, & alij similes fructus, provenientes absque vlla industria hominis, non pertinerent ad dominum agri, ex quo proveniunt, & in quo nascuntur: quod falsum est ex l. *unic. ff. de gland. legen.* Sic sane nulli dubium esse poterit, aquam, & aquæ fontem sponte sua & natura ipsa in meo agro scaturientē, meam ac propriam quidem esse, l. *aquam. C. de seruit. l. in concedendo. & l. seq. ff. de aqua plu. arden. cum & à me constitui possit gratis, vel precio seruitus haariendi eandem aquam in fauorem prædij vicini: atque nō tantum constituitur Seruitus ductus aquæ, sed & hauritus. l. 1. §. vlt. ff. de seruit. rúst. prad. l. si prius. §. via publ. & §. vlt. ff. de aqua plu. arden. l. 3. cum seq. tit. 3. par. 3. tradit Capokin tract. de seru. c. de seruit. hauri. aqua & seq. quod si fons aquæ in meo fundo scaturiens absq; mea industria, & labore, iure seruitutis quoad hauritū aquæ vicino dari, & vendi potest: constat, non esse illam aquam communem omnib. ciuib. & vicinis: quod dubio procul verum est, etiam si ex aquæ hauritu nullum ego dampnū patiar: quia ipsa fontis aqua mihi & aliis fit sufficiens. Hoc ipsum comprobatur ex constitutione seruitutis cretæ, & atena fodiendæ. l. 1. §. vlt. ergo. ff. de seruit. rúst. prad. l. 7. tit. 3. par. 3. etenim in omnibus his, quæ absque vilo hominum labore, & industria proveniunt, & nascuntur in agris priuatis, etia dominus ipsius agri dominium priuatum habet, & speciale: ergo nullus ex vicinis, & conciuib. poterit his vti domino invito: vnde plane consequitur, posse dominū prohibere harum rerum omnium communem vsum: Alioqui sequeretur, quod dominus agri, in quo natura ipsa, & sponte nascuntur arbores ad odorem, medicinā, & alia multa admodum viles, & ea ex causa magni pretij & æstimationis, non posset prohibere conciuib. earum arborū communem vsum. Et idem respondendum foret de herbis odoriferis, vel pretiosis, quæ absq; vlla cultura nascuntur in agris priuatorum. Quod equidē falsum est. His accedit quod de lapideis in l. *duortio. §. si vir in fundo. ff. solus. matrim. l. item si fundi, & in l. nonissimum. §. proinde. ff. de vusufruct.* Regia lex 37. tit. 11. par. 4. nam lapidicina in meo agro, etiam nullo labore inuenta, mea quidē est: nec potest quis me invito lapides ex ea, etia suis expensis, egdere, & extrahere. Constat enim huius agri fructus ex hac lapidicina: & ideo ius cadendi lapidē, vendij, ac legari poterit. l. *idem. Iulianus. §. si quis alicui. ff. de legat. primo. Regia l. 27. tit. 9. par. 7.* Nec refert quod ager priuatus ad nihil aliud vtile fit, quam ad lapidicinā vsum: quia nihilominus eius sunt lapidicinae, & in eius dominium habet, etiam si cadentes lapides minime impediunt aliorum fructuum perceptionē, nec domino fundi noceant quoad culturam agri. Satis siquidem est, vt iuste, agri dominus conquiri possit, quod eo invito cadantur lapides, & vtatur vicinus iure cadendi lapides, quod ipsi tantū domino competit. textus celebris in l. *venditor. §. si constat. ff. cōmnia pradior. si vero dominus agrum alioqui pingue, & fructiferum reducerit ad lapidicinā: quod in d. §. si vir. adnotatū est: hoc magis probat, posse quempiam agrum proprium eius cultura omittā, ad herbarū fructum, & pastū mutare, ac reducere. Et ideo cessat omnino ratio illa, qua vtuntur, qui Fabrū secuti sunt. Sed & ipse Faber intelligendus, quoties dominus fundi nō percipit fructum ex herbis, nec vult, nec consuevit herbam vendere, nec falce secare. Presertim hæc interpretatio admittenda est, quia et si verū sit me non posse in agro meo, aut solo illud facere, quod mihi non prodest, & alteri nocet: quemadmodum probant iura per Fabrum citata: tamen quod possit quis me invito vti re mea, etiam si ex ipso vtu mihi non noceat, dubium est, & fortassis plane**

falsum, & ideo nec poterit quis me invito ingredi domum meam, vel fundum meum, possum enim me prohibere. l. *dimus. ff. de seru. rúst. prad. maxime ad vsum reimeq. nec l. 2. §. 1. ff. de aqua plu. arden. probat Fabri opinionem: vt palam esse poterit lectori. Fossā etenim illa erat vetus, & iure veritatis dam fossam: textus veroin l. 1. §. *idem aium. ver. Marcellus. §. sed. de aqua plu. arden. nihil aliud probat, quam quod quis non possit in suo agro, & solo id agere, vel edificare, quod sibi non prodest, & alteri nocet. Constat igitur ex his, non probari contrariam opinionem ea ratione, quod herbanatura ipsa in agris priuatis nata, sit omnibus communis.**

Septimo ad probationem eiusdem conclusionis, quam hæcenus probare conati sumus, accedit text. in l. *vlt. C. de legem Aquil.* quo in loco apparet, teneri quem lege Aquilia, si propria animalia in alienum agrum miserit ad pastū, domino invito. Idem statutum est legibus Iustiniani, quæ ipse de rebus rústicis, & agricolis tulit, qualis; tradit Constantinus Harmenopolus epitomes lib. 6. ca. 5. de damn. equit. pastu text. in l. *qui seruandorum. §. vlt. ff. de prescrip. verbis. Extat de pastu pecoris inter leges duodecim tabularum lex 14.*

Octauo probatur hoc ipsum ex loco, & argumento specialiat. vbi permittitur viatori equum suum pabulare in agro alieno vtiq; ad refectiōem equi ex herba. Ergo regulariter id non potest fieri domino invito, quia eius est herba illius agri, cuius dominū habet. Sed & speciale istud viatoris privilegium tradidit Albericus in d. l. *vlt. C. de legem Aquil.* & Capolla de seruit. iuris pascendi. n. 7. & sic & lege Moisaica. Deuter. c. 23. licebat ipsi viatori ex vineis, & frugibus alienis accipere, vt præsentī necessitati subueniret. Ex legibus item Iustiniani paulo ante citatis adnotari poterit Paragraphus tit. de furio. qui secundus est, his verbis: Qui vineas aut hortos ingrediuntur tantū vt vvas, aut fructus edant, indemnes sunt. Ad idē de discipulis Domini collegentibus spicas, traditur Marci 12. & in d. discipulos. de consecra. d. ff. §. gl. in c. omnes leges. 1. distinctione. Imo quod Iustinianus permittit, est intelligendū etiam extra casum necessitatis, vt liceat viatori comedere vvas in vinea alterius, non tamen inde exportare: vt notat Ripa in l. *statutum. ff. de damn. infam. col. 2.* tendit & ad idē quod Plaro scribit. lib. de legib. 8.

Quicquid sit, iure communi, Regia lege, Hispaniarum forensi vsu receptissimum est, & deniq; diffinitū, non posse priuatos agrorum dominos absque speciali privilegio Regis, vel legitima præscriptione, prata, quæ dehesas vocamus, ex eisdē agris efficere, ac constitutere, ad hoc vt herba naturali vi absq; vlla industria nata, vendi, vel locari possit: est siquidē herba ista omnibus cōciuib. & incolis cōmunis, collectis iam frugibus, & fructibus. Atque ideo agri priuati dominus non poterit vsum commune prohibere. Hoc probatur ex pragmaticis huius regni constitutionibus. l. 73. [h. die l. 14. tit. 7. lib. 7. Recopilat.] in ea pragmatica functione, qua reuocatur Abulenensis ordinatio. Jul. 170. Nam & in his publicis editis regia auctoritate promulgatis expressim aliteratur, esse cōtra huius regni leges, quod quis proprios fundos, & agros absq; Regis permissione prata, & pascua ciuib. & incolis interdita efficiat: quamuis possit libere quilibet proprios fundos & agros colere, quæc libuerit cultura: ita tamen vt fructib. collectis, & agris vacantib. à semine, pascua sint omnibus habitatoribus communia quæ equidem legē multis experimentis comperitū est satis resp. conuenire, iustissimamq; ac æquissimam esse.

Hinc sane fit vt possit agri priuati dominus nihilominus vites & oliuas in eo plantare, sciam si per hæc plantationem pastus hic communis omnium conciuum animalibus impediatur: cum in oliuetis & vineis, nullo anni tempore permitti possit absque arborum lesione animalium pastus: quippe qui vitibus & oliuis nocet Huius illationis ratio est, quia habitatores, & incolæ vicini nullum habent pascendi ius in agris priuatorum, nisi postquam fruges, & fructus fuerint collecti, donec alij seminantur. Igitur eo tempore, quo priuatus ager pendentes habet fructus, vel vites, aliaue arbores, quibus nocet animalium pastus, non licet cuiquam in eum agrum animalia mittere ad pascendum. Hoc enim est, quod eleganter sensit Capolla de seruit. rúst. prad. c. de seruit. iuris pascendi. n. 26. quo in loco scribit distinguendum esse agrum, in quo quis habeat ius pascendi seruitute, vel alio titulo absolute, ab illo agro, in quo

quo quis habeat ius pascendi, vt incola, ciuis, vel habitator: nempe collectis frugibus, & eo tempore, quo ager à cultura vacat, nec ei nocet pascuis. Priori enim casu asserit Capolla, non posse dominum reducere illum agrum ad culturam, quæ impediatur vltimo tempore pascuis, & ingressum animalium ad pascendum: imo tenetur illum agrum semper ad pascendum liberum habere. Posteriori vero casu potest dominus agrum illum colere, seminare, plantare vites, & alias arbores, etiam si pascuis impediatur, modo permittat illum pascuis eo tempore, quo fructus sunt collecti, nec damnū aliquod ager ille ad fructus ferendos patiatur.

Subinfertur ex his, quod dominus agri, in quo vicini, & cohabitatores ius habent pascendi collectis fructibus: licet hætenus eum coluerit, & seminauerit ad fruges colligendas, vel ad alium fructū his simile; poterit nihilominus in eodē agro nouellare vites, & oliueta plantare: quod Cyp sententiam probare videtur. Tametsi nō ita expressim definit hæc dubitationē. Tradit n. calum, in quo seruitus iuris pascendi eo tempore, quo fruges collectæ sunt, particulariter est constituta, & inquit, quod collectis fructibus manet melior ager ad pascuis: denique permittit plantationem vinearum, & vitium, quæ toto anno pascuis omnino impedire videtur.

Sic deniq; ciuitas, aut municipium, cuius agri, etia si priuatos dominos habeant, sunt collectis fructibus, omnibus ciuibus ad pascuis communes: non potest ordinatio, nisi aliud lege Regia cautum sit, prohibere dominos agrorum vites in eis plantare, ac nouellare: tametsi hætenus agros ad fruges, & his similes fructus colligendos coluerint. Vidit tamen semel Regium decretum, quæ priuati agrorū domini prohibiti sunt nouellare prope istā urbē Granatensem in eo pago, qui vulgo Vega nuncupatur. Quæ de re lis pendet in hoc Regio, pretorio, ex causa, quod multi nō obstante Regio edicto nouellarint. Causa vero iuris prohibitionis ea traditur, vt si yberior, ac facilior pascuis animalibus, quæ ad hanc urbē ducuntur pro publico victu carniū, & deinde vt frumenti sit maior copia. Sic olim Domitianus Imperator ad summā vbertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans, nimio vinearum studio negligi arua: edixit ne quis in Italia nouellaret: vtq; in provinciis vinea lucecerentur, relicta vbi plurimum dimidia parte: nec exequi rem perferuerat. Quemadmodū meminere Suetonius in Domitiano, Eusebius in chronis, Philostratus in Apollonii Tiansi vita, & Lud. Cels. lib. antiq. 11. c. 11. id vero edictū defendi possit Platonis auctoritate, li. 2. de legib. in vlt. Dial. part. Probus autem Imperator, teste Flavio Vopisco, Gallis omnib; & Hispanis, ac Britannis permisit, vt vites haberēt, vinūq; cōficerent. Sed & in eodē, Probo scribit Eutropius, vineas Gallos, & Pannonios habere permisit.

Sed & hoc adeo verū est, pro libertate colendi propriū agrū, quod si dominus agri hætenus eum coluerit ad fruges colligendas: nunc autem vult mutare culturam, vt ex eo agro percipiat alium fructum, nulla lege prohibitum, mutare poterit agri cultum: imo defendendus est in quasi possessione colendi agrū ad eos fructus colligendos, quos plantare, & seminare voluerit. Nec poterit aduersus eum allegari, quod non est in ea possessione: quia mutat specie fructuum, & agriculturam. Est ad hoc textus celebris in c. cum in tua, de dec. Vbi probatur, quod possides & ratione possessionis præscribens ius percipiendi decimas ex certis agris: censetur præscripsisse illud ius non tantum quoad fructus confuetos colligi, & percipi, sed & quoad nouiter plantatos, & seminatos. Etenim illic ita notant Ant. Pannorm. & alij cōmuniter, & Franciscus Balbus de præscript. secunda parte principali, tertio effectu. Ecce igitur, quod possessio, in vna specie fructū, quæ procedit ab radice, nempe à iure decimandi, prodest ac censetur obtinere, quoad alias quascunq; fructuum species, quæ eodē iure possent peti, & vendicari. Quod & in præsentiarum satis nostram sententiam probat: cum ius colendi agrum, & percipiendi quoscunq; fructus ex eo, procedat à dominio, & iure domini.

Superest ergo ex his tractare, quid respondendum sit, vbi duarum vrbium, vel oppidorū agri sunt compascui, & quo ad pascuis communes, licet quoad iurisdictionem, & alia sint omnino distincti: an possit altera ex his ciuitatibus agros hætenus incultos tollere, ac in eis nouellare inuitis socijs: aut sane culturam mutare in præiudicium, & iurisdictionem iuris pascendi? Quæ in re obseruanda est distinctio illa, quæ paulo ante ex mente Capollæ tractabamus. Nam

si expressim constet, quid præscriptum aut actum sit iure constitutionis seruitutis, pacti, societatis, vel alio quocunq; illic erit obseruandum. At in dubio deueniendū est ad coniecturas, quibus cessantibus, videtur, quod non possit agrorū cultura pascuis cōmunis impediri, vt scribit Capolla in d. c. de seruitute iuris pascendi. n. 25. quia nihil potest fieri in præiudicium seruitutis, quæ debetur ad pascendum, nec societatis, quæ ex iure pascendi cōstat. Sicuti multis auctoritatibus illic probat Capolla & Rodericus Zuates in hac specie alleg. 15. nos item tradidimus li. 1. Varior. Resolut. c. 17. nu. 10. impeditur autem cōmunis vsus, ad quem agri illi sunt destinati per ipsorum culturam. Quia iure communionis, ac societatis, agri hætenus inculti, quos baldios dicimus, ad pascuis communem, & ad alios communes vsus finere destinati. Quod plane ita verum est in dubio & in his agris qui hætenus inculti nullum priuatum dominum habere. Non enim potest alia præsumi, nec deduci causa communionis, & societatis, quæ ius pascendi restringat. Vnde ad perfectam huius questionis definitionem considerandi sunt aliquot casus, vt possimus ex coniecturis expendere, quam conditionem & legem seruitus ista, vel communio iuris pascendi omnino habeat.

Primus equidē casus proponitur in agris priuatis, in quibus priuati dominum habent speciale: & in his respondendum erit, posse dominum eos colere veteri vel nouo cultu, etiam si pascuis communis ex hoc impediatur. Quia in his agris priuatorum, & qui ad dominium particulare alius pertinent: communio ipsius vniuersitatibus, & oppidis competens quoad ius pascendi, est intelligenda collectis fructibus, ita quidem, vt non impediatur ipsorū agrorum cultura: nisi aliud ex vsu, lege, vel pacto consiterit. Quemadmodum paulo ante notauimus.

Secundo potest cōtingere, quod vicus quidam eximitur à ciuitate quoad iurisdictionem intra limites quodam speciatim designatos: & tandē cōtendit, vt sapissime in hoc Regio pretorio fuit definitū, adhuc post exemptionem manere inter ipsam ciuitatem, & vicum cōmunionem quoad pascuis, & alios communes vsus, in hoc sane casu: cum ista communio sit illa, quæ ante exemptionem aderat, vt sublatis fructibus permittitur esse omnibus cōmunis pascuis, etia in agris priuatorū: profecto poterit quilibet ciuitatis incola agros colere, & in eis nouellare, veteremq; cultum omnino mutare: quemadmodum poterat ante exemptionem prædictam. Quod palā probatur ex præmissa distinctione.

Hæc vero conclusio, quæ proponit, vicum exemptū à ciuitate retinere adhuc post exemptionem communionem quo ad pascuis & alios cōmunes vsus, probari solet auctoritate Bartoli, qui in l. hystes. col. 2. ff. de cap. viti. non semel fateatur, vicanos, & incolas vici empti quoad iurisdictionem, manere quoad priuilegia & omnia alia ciues Romanos: id est, ciues illius ciuitatis, à qua fuerit exempti, & eius legibus communibus subditos esse quoad commoda & priuilegia notat optime Paulus Castrensis in conf. 307. li. 2. idem quoad statuta ciuitatis, & alias leges in vniuersum probare conatur Curtius Iun. conf. 10. num. 12. quoties ita vicus eximitur, quod nō adiciatur alteri ciuitati, nec cōstituat sub protectione principis exemptis. Sic denique visum est Curtio post Alex. conf. 15. li. 1. n. 12. qui idem scribit. Sed hanc opinionem ipse admitterem, quoad consuetudines & priuilegia, non tamē quoad statuta ciuitatis, quæ vim habent à iurisdictione ipsius vrbis, à qua castrum fuit, & est exemptum. arg. c. 2. de consuetu. li. 6. ex quo constat, statuta vim accipere à iurisdictione statuentium. Præsertim hoc obtinet, quando castrum exemptū à ciuitate, adicitur coronæ regie, & ipsi regi quoad iurisdictionem, quem statim ipse princeps tradit ipsimet vniuersitati castri exempti, quoad primā instantiā, seu primam causarum cognitionem. Quod in specie notat Curtius Iunior ex ratione tradita per Alexandrum, licet castrum, vel vicus exemptus non adiciatur alteri ciuitati.

Sed & Paulus Castrensis in d. conf. 307. col. vlt. scribit, castrū illud exemptum à ciuitate, non retinere priuilegia illa, & iura ciuitatis, quæ non potest exercere, & quibus nō potest vti absque præiudicio illius ciuitatis, à qua fuit exemptum & cuius onera non subit, quemadmodū antea subire solebat. Exemplū huic cōclusioni aptat ipse Paulus officijs, & magistratibus, quorum electio pertinet ad ciuitatem, committunt, & territorium: vel sunt ad eorum munera eligendi ciues, ac incolæ ciuitatis ac territorij. Quod equidem exemplum

exemplum ipse admitto, quia hæc officia pertinent ad v-  
sum iurisdictionis, & ei sunt omnino necessaria: atque ita  
cum vicus sit exemptus à ciuitate, quoad iurisdictionem,  
non est admittendus ad communionem magistratum,  
nec ad electionem eorum, à quibus est iurisdictione exercen-  
da. Sed quoad communem vsum pascuorum, qui non po-  
test competere castro abque præiudicio ciuitatis, videam-  
us an sit admittenda ratio Pauli Castrensis, & an ea sit  
sumenda probatio aduersus opinionem hætenus receptam.

Primum enim vbi exemptio castri sit motu proprio  
principis, non ad petitionem ipsiusmet castri: vel vt prin-  
ceps sibi retineat, vel alicui nobili det iurisdictionem, opi-  
nionem, quam praxis admisit, vt adhuc remaneat commu-  
nio inter castrum & ciuitatem, quoad vsum pascuorum, alio-  
que communes, ac publicos vsus. Etenim castrum istud  
habebat hoc ius priuata eximere, nec eo iuste priuari  
potuit absq; consensu. Idcirco cum ab initio vicus exemptus  
non consenserit exemptioni, nec eam petierit: nõ vlla  
ratione dicendum, per exemptionem amisisse ius pascendi,  
quod erat sibi, & alijs eiusdem ciuitatis oppidis commune.  
Nam & hoc ius, licet quoad administrationem ad ciuitatis  
decusiones pertinuerit, tamen quoad commodum, vsum, &  
vtilitatem, vere pertinet ad ciuitatem, & omnes eius vicos ti-  
tulo vniuersalis dominij. *l. in tantum. §. vniuersalis. ff. de rer. diuis.*

Nec huic opinioni quidquam obicit, quod incolæ oppi-  
di exempti non subeant onera ciuitatis, quæ subire tenen-  
tur ipsius ciues: nam onera, quæ ratione communium pas-  
cuorum subire ciues & incolæ tenentur, etiam castri &  
oppidi exempti habitatores subire tenebuntur: cætera vero  
minime, cum illa indicantur, & imminant ciuibus ratio-  
ne aliarum rerum, quibus castri exempti incolæ non vt-  
tuntur. Et præterea incolæ oppidi exempti onera illa sub-  
eunt, & ad ea tenentur, quæ ratione ipsius oppidi & rerum  
illius existentium iure subeunda sint, & habitatoribus incu-  
bant: à quibus ciuitatis incolæ omnino liberi dubio procul  
censentur: cum & onera totius territorij pro parte cõ-  
grua inter ipsam urbem, & vicum exemptum sint plane  
diuisa, nec ex ipsa exemptione damnum vllum quoad o-  
nera publica ciuitatis patiatur.

Secundo, maior est dubitatio, quoties ipsum castrum pe-  
tit à rege exemptionem quoad iurisdictionem: & ea sibi  
cõceditur vel gratis, vel pecunia: & adhuc licet res sit du-  
bia probare ipsam practicã opinionem ex eo, quod princeps  
tantum exemerit vicum à iurisdictione, nõ à communionem  
pascuorum. Quod princeps facere potest, cum eius sit iurisdic-  
tio. Et ideo manet adhuc cõmunio pascuorum inter vicum  
& ciuitatem: quæ madmodum & ante exemptionem aderat,  
& erat in vsu. Hæc vero cõmunio etiam est vtilis ciuitati,  
quia possunt incolæ ciuitatis vti pascendi iure intra ag-  
ros, & limites agrorum ipsius castri, vel vici exempti. Vnde  
sicut vicus exemptus quoad iurisdictionem nõ posset im-  
pedire habitatores & incolæ ciuitatis, quin vterentur pas-  
cuus ipsius castri exempti, ita nec ciuitas potest impedire  
incolas castri, ne vtatur pascuis cõmunibus ipsius ciuitatis.

Igitur quoties cõmunio pascuorum oritur ab hoc ca-  
pite, quia duo castra erant olim sub eadem vrbe, & eius li-  
mitibus: vel quia castrum, & ciuitas erant olim vnita: & sic  
quoties cõmunio pascuorum, & ius pascendi competit  
collectis fructibus, & sublati frugibus: licet omnino pri-  
uatis dominis agrorum eisdem agros colere, etiã hætenus  
incultos, & item nouellare in eisdem. Hæc autem vera  
sunt in his agris, qui dominum priuatum habent: nam in  
communibus, & publicis ius pascendi absolute competit  
omnibus incolis, & habitatoribus territorij: & ideo non  
potest hoc ius vlla cultura impediri absq; consensu eorũ,  
qui iure vti possunt: sed & an princeps possit hos agros pu-  
blicos, & communes donare vel vendere non vacat exa-  
minare: nec id pertinet ad nostrum institutum.

Tertio principaliter accidere potest, quod cõmunitas  
vel societas agrorum sit inter duas vrbes, vel vicos quoad  
proprietatem ipsorum agrorum, non tantum quoad ius pas-  
cendi: tunc non potest altera ciuitas absq; alterius consen-  
su colere agros illos cõmunes, nec in eis nouellare, nec il-  
lis vti ad alium vsum, quam illum, quo hætenus vsa fuerit.  
Ille siquidem vsus censetur communi vtriusq; populi cõ-  
sensu permissus in illis agris vtriusque populo publicis &  
communibus, etiã quoad proprietatem: atque ideo qui ali-

ter his agris vtitur, impedit præsertim per plantationem il-  
lum vsum, ad quem fugere agrum communes destinat. Ma-  
xime ex eo, quod qui ex sociis plantat agrum, cõsolidat  
vsum, & percipit eius vtilitatem, impeditq; socium eadẽ  
viti quoad pascum, & ius pascendi. Quod est contra legem  
societatis, arg. notatorũ per gl. & Dd. in l. Sabina. ff. de  
diuis. & in l. parietati. ff. de ser. vrb. præd. per Soc. in l. serui electione. §. 1.  
ff. de leg. 1. fortassis poterit socius ad annuũ fructum agrum  
cõmunem colere, si nolit alter ea cultura vti, modo non  
fiat societati præiudicium, tamen si circa hoc fieri soleant  
peculiares inter vicos & ciuitates conuentiones ac statu-  
ta: aut deniq; vsus horum agrorum cõmunium quibus-  
dã legib. ac moribus receptis diiungatur. Nam & in hac  
specie per me proposita, iuris rigor plane dicitur, nihil posse  
fieri inuito socio in læsionem & præiudicium commu-  
nionis, & societatis, quæ competit quoad pascum, qui cõ-  
mune est, & esse debet qualibet parte anni: cum agri vi-  
deantur vsum pascendi, aliaq; similes vtilitates iure cõ-  
munionis hætenus destinari.

Quarto, est & in hac controuersia considerandũ, quod  
potest dari cõmunio inter duas vrbes, vel duos vicos ad  
pascendum in certo agro ad eum vsum ab antiquo destina-  
to, ita quidem, vt is ager prati communis nomen habeat, &  
fuerit hætenus de hęcia nuncupatus. In hac sane specie dicitur  
procul respondendum est, ciuitatem habentem vicum  
agri dominium, & proprietatem non posse illum colere,  
nec arare, nec seminare, absq; consensu illius ciuitatis,  
quæ illic habet cõmunione quoad pascendum vicum  
seruitutis, aliove quocunq; modo. Impeditur etenim per hanc  
agriculturam pascuis ipse cõmunis. Et præterea ex nomi-  
ne, ac destinatione agrus pascendi competit vtriusque ci-  
uitati absolute, non autem sub ea limitatione, quæ pascum  
permittit collectis frugibus, & eo tempore, quo vacat ager  
à cultura, quod est maxime notandum.

Quinto, exceptis hisce casibus in dubio, vbi nullus est  
cõiectus, sed sit quæstio illa desinienda abique vlla  
presumptionis adminiculo, ipse arbitror, non posse agrum  
cõmunem quoad pascum, prosciudi, nec coli noua cultura,  
nec vitiũ plantatione: cum per hoc impediatur ius pascen-  
di, quod impediri non potest: ex his quæ tradit Capolla in  
d. ead. serui iuris pascem. maxime nu. 26. & 28. quo in loco expli-  
cat, quid agendum sit, si ager hic cõmunis plantatus fuerit.

Quod si in hoc agro communi ad pascum, nouellatum  
fuerit, vel fuerint plantata oliua: aut deniq; in præiudicium  
iuris pascendi ager sit ad cultura redactus: poterit ius plan-  
tantis, & colentis agri defendi ea præscriptione, quæ alio-  
qui iure ordinario est omnino sufficiens. Ita sane si planta-  
tio sit contra vniuersitatem, erit necessarium, & sufficiens  
tempus 40. annorum. *l. omnes. C. præscript. longitemp. 30. vel. 40.  
an. l. 7. tit. 20. par. 3. cum alijs, quæ ipse latius tradidi in reg. præ-  
fessor. de reg. iur. in 6. in 2. part. §. 2. nu. 9.* Nec obicit, quod eadem  
regia lex prohibet præscriptionem contra vniuersitatem in  
rebus ad remp. pertinentibus: quia illud obtinet in via pu-  
blica, & his locis, quæ specialiter sunt constituta ad liberũ  
omnium hominum vsum, eundemque necessarium: vt via  
publica, platea, pratum item ad aream publicam, pascum  
publicum nomine hoc speciali designatum, nempe *de hęcia,  
o exido.* Aliud vero est respondendum in his agris, qui etiam  
cõmunes sint alicuius vniuersitatis, non tamen sunt ad  
aliquem specialem vsum & publicum, ac liberum consti-  
tuti, quemadmodum eleganter docet Rod. Zuar. *alleg. 5. ad  
cuius distinctionem sunt notanda ea, quæ ipse scripsi in reg.  
peccatum. de reg. iur. in 6. 2. relect. par. §. 9. nu. 8.* atque omnino erit  
obseruandum quod in his regnis decifum extat lege, ac  
pragmatica *sanct. 71. & l. 3. tit. 3. lib. 7. ordinat. [vbi de l. 3. tit. 7. lib.  
7. hoc opus.]*

## CAPVT XXXVIII.

Quo ordine agnatio vel familia sit admit-  
tenda ad ea bona, quæ vel ex fidei commissio,  
vel primogenio, familia, vel agnationi de-  
feruntur.

## S Y M M A R I A.

- 1 Fideicommissum familia, vel agnationi relatum, et proci mores admittit-  
tantur: an proximiori testatoris primi, vel ultimi possessoris differant.
- 2 Frater utriusque cõmunitatis, an præferatur in iure accrescenti, & ex pa-  
pillari substitutione.